

Devotionis vestrae meretur affectus, ut petitionibus vestris quantum possumus favorabiliter annuamus. Inde est quod supplicationibus vestris annuentes omnibus vere penitentibus et confessis, qui in subscriptis festivitibus, videlicet dedicationis vestrae ecclesiae, gloriosae virginis Mariae, beatorum Francisci et Anthoni confessorum, sanctae crucis sanctique Johannis baptistae et patronorum vestrorum et sanctae Clarae virginis et octo diebus immediate sequentibus ad praedictam ecclesiam devote et humiliter annis singulis duxerint accedendum, et qui ad aedificationem eiusdem domus manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli meritis et auctoritate confisi quadraginta dies et unam carenam de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, si tamen consensus accesserit venerabilis domini episcopi Misnensis, praesentibus vobis perpetuo valituris. Datum anno domini M° CC° LXXXI°. pontificatus nostri anno XVI°.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. An einem von der Urkunde selbst zum Theil losgetrennten Pergamentstreifen hängt das beschädigte Siegel.

No. 363. 1283.

B. Wythego zu Meissen bestätigt die dem dasigen Franciscanerklöster ertheilten und ferner zukommenden Ablässe.

Nos Wythego dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus universis Cristi fidelibus notum esse cupimus et tenore praesentium protestamur, quod omnem indulgentiam, quam praedilecti nobis fratres minores in conventu Misnensi extra diocesim nostram inpetraverunt, ratificavimus, et si quam procedente tempore inpetraverint auctoritate qua fungimur approbamus. Datum in Wartha anno domini M°. CC°. LXXXIII°. pontificatus nostri anno

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden wie No. 362.

No. 364. 1287. 17. Juni.

B. Reinboto zu Eichstädt erlässt auf Ansuchen der Minoriten zu Meissen bussfertigen Besuchern ihrer Kirche an den in No. 362 genannten Festtagen necnon in consecrationibus altarium ipsorum et cimiterii et octo diebus immediate sequentibus — et qui ad aedificationem domus illorum manum porrexerint adiutricem, — quadraginta dies criminalium et C dies venialium de iniuncta sibi penitentia, perpetuo praesentibus valituris. Datum Nuwenborch anno domini M°. CC°. LXXXVII. quintodecimo Kalendas Julii.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen.

No. 365. 1287. 18. Juni.

Br. Heinrich, Erzbischof zu Mainz und Erzkanzler des Reichs in Deutschland verleiht auf Bitten der Minoriten zu Meissen Allen, welche bussfertig deren Kirche an den in No. 362 genannten